



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CXXVII. Markgraf Ludwig der Römer belehnt einen Bürger zu Drossen mit
zwei Hufen zu Kaul, am 28. Mai 1361.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

in furstenwald, dominico die infra octavas Epiphanie domini supradictas, anno eiusdem millesimo CCC^o sexagesimo primo.

Nach dem Originale des Stadtarchives VIII, 1, 15.

CXXVII. Markgraf Ludwig der Römer belehnt einen Bürger zu Droffen mit zwei Hufen zu Kaul, am 28. Mai 1361.

Noverint vniuersi tenorem prefencium inspecturi, Quod nos Ludovicus Romanus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauarie Dux, Nostro et Illustris Principis Ottonis, Marchionis Brandenburgensis, fratris nostri carissimi, nomine, Contulimus et presentibus conferimus Discreto viro kunoni dicto Duchtemygut, cui in Droffen nobis dilecto, Suisque veris et legitimis heredibus duos mansos in villa et districtu ville dicte Caul sitos, soluentes annuatim in Censu duas marcas argenti Brandenburgensis, Et in precaria vnum Talentum denariorum Brandenburgensium, Quos quidem mansos et redditus Idem kunon a discretis viris Betkino et Adam fratribus dictis wal, Ciuibus in Vrankenuord, legitime comparauit, cum omnibus Juribus, graciis, Comodis, vtilitatibus et honoribus ad dictos mansos ex debito vel ex iure pertinentibus perpetuis temporibus quiete et pacifice sine impedimento quolibet possidendos, Juribus tamen nostris in eisdem mansis reseruatis. In cuius rei euidens testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Strennuo milite Hermanno de wolkow, Aduocato nostro in terra Lubucensi, Gützelino de Bertinleben, Aduocato nostro in antiqua Marchia nostra, Et Conrado Plebano in kyritz, nostro Notario, Cum ceteris quam pluribus fidedignis. Datum Vrankenuord, Anno domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo primo, feria sexta infra Octavas Corporis Christi.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 46.

CXXVIII. Markgraf Ludwig der Römer verschreibt Frankfurter Bürgern, vom Markte genannt, Besitzungen zu Sachsenberg, am 5. Juni 1361.

Noverint uniuersi etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc., contulimus et presentibus conferimus discretis viris Wilhelmo, Laurencio et Johanni fratribus dictis de foro civibus in Frankenuord, filiis quondam Johannis dicti de foro, bone memorie, ipsorumque veris et legitimis heredibus manu coniuncta et in solidum, quatuor mansos in villa et districtu Salsenberg sitos et III insulas pro uno manso computatas, cum omnibus iuribus, graciis, commodis, honoribus